



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,  
doctrina excutitur, scripta recensentur

**Origenes**

**Rothomagi, 1668**

XVI. Immerito Rufinum reprehendit Hieronymus, propter inscriptum  
Origenis Apologiae Pamphili nomen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-25059**

bus adfertere numquam voluerit, etiamfi eodem ac ille contubernio uteretur: τιλατον. A  
inquit Eusebius libr. 6. Histor. cap. 2. οτι την πρωτην εκκλησιαν, Εδραν Ταρδην την, αε  
δωρηθησαν οντι νων ιων, μεταποιησαν θεοκακιαν. Servans Ecclesiam regulam iam inde a puro,  
& ut ipso et aliebū loquuntur, heretica doctrinas abominans.

XIII. Suam præterea in scribendo festinationem Origeni nocuisse credibile est; nam  
cum tot inter curas animum distraheret, qua verba faciendo ad populum, qua Catechu-  
menos instruendo, qua munia omnia pietatis exequendo, non multum scilicet succidivi  
supererat otium ad elaborandas scriptiones; proindeque quod piis exercitationibus impe-  
derat temporis, summa diligentia representabat, ut plus septem notarios scribend o defa-  
tigaret, tantumque librorum edidit in publicum, ut mirabile sit. Quo factum est, ut sape  
eum οντης λογια deprehenderimus; animo rebus intento, ad orationis composituram in-  
curioso. Quid ergo mirum aliqua non satis caute dicta hinc interdum excidisse?

XIV. Potissimum vero iuvat Origenem, quod quæstiones pleraque nondum fuerant  
Theologorum disputationibus ventilatae & illustrate, nec Ecclesiæ decretis & sanctionibus  
definita. Avia ergo loca, & nullius ante solo trita peragantes Theologi, quæ proxima  
ad verum videbatur via, hac cerebant confessim, & aberrabant saep, sed venia digno er-  
ore, nondum recto tramite per Ecclesiam monstrato. Quod alii igitur Patribus benigne  
condonari solet, idem ut indulgetur Origeni æquum ac verum est. Quenam autem  
communi Ecclesiæ consensu sua etate recepta & probata essent, tum que in utramque  
partem possent disputari, cauta distinctione secrevit ipse Origenes in Proœmio libr. 1. οντης λογια  
In postremum huic censum coniicit quæstiones de anima origine, de natura An-  
gelorum & Dæmonum, de iis quæ mundi ortum antecederunt, & quæ post eius interitum  
futura sunt, aliaque nonnulla. Eadem in simili causa usus est exceptione Hieronymus lib.  
2. Apolog. adv. Rufin. cap. 4, cum veteres Ecclesiæ Scriptores, quorum codices errori-  
bus infecti sunt, excusare vellet: Fieri posset ut antiquam in Alexandria, quasi Dæmonium mer-  
idianum, Arius nascetur, innocentem quadratum & minus caute locum sunt, & quæ non possint pver-  
forum hominum calamium declinare. Reddimus itaque Hieronymo voces suas, & quod pro  
alio valere vult, idipsum pro Origenе ut valeat, iure nostro postulamus.

XV. Denique cum in Epistola 65. quæ est ad Pammachium & Oceanum, cap. 4, testi-  
ficetur Hieronymus, ut dictum superius à nobis est, errorum suorum Origenem pœni-  
tuisse, idque Fabiano Papæ ipsum significasse per literas, & temeritatis cauillam in Ambro-  
stum reuulisse, quod secreto edita publicasset; si ab omni heresio infamia plane vindici-  
catur, qua ij notantur duntaxat, qui temere pronuntiata pertinaciter defendunt. Optime  
id pro ingenij sui perspicacitate notavit Picus Mitandulanus art. 4, Apologia fuit pro Ori-  
gene: verum minus recte addidit Origenem ante sexagesimum etatis fuit annum multa ri-  
tubanter proposuisse, ut pote in Theologicis questionibus nondum satis subactum; quæ  
vero deinceps elucubravit, puta libros contra Celsum, & Commentaria in Matthæum, ea  
tum scripsi, cum iam Catholica veritas ipsi fuisset comperta: quasi non iidem compa-  
reant in iis errore, quos in prioribus admirerat.

XVI. Quoniam autem defensores Origenis perensemus hoc capite, & quæ illi tue-  
ndo commoda esse possunt, summatim colligimus, locus non admonet, ut Apologia sub E  
nomine Pamphili pro eo scripta, cuius testimonium toto hoc opere saep adhibuius, ve-  
rum ac legitimum auctorem indicemus. Lucubrationi huic à se Latinis literis redditæ  
Pamphili nomen Rufinus adscripterat, uti hodie adscriptum extat; & in Invicta  
priore in Hieronymum tamquam à Pamphilo elaboratam laudaverat: quem fecuti sunt  
deinde Author Prædestinati libr. 1. Harr. 43, Socrates libr. 4. Hist. Ecclesiæ cap. 27, & Ni-  
cephorus libr. 10. cap. 14. Rufino reclamavit Hieronymus, fucumque Lectoribus factum  
conquestus est: at in assignando scriptioñis hujus auctore varia disseruit. Nam in Proœ-  
mio in Dialogos adv. Pelagianos, & Apolog. 1. in Rufin. cap. 2, eam docet primum esse  
librum è sex libris, quibus confatabat Apologia Eusebii pro Origene; ex coque id esse ma-  
nifestum, quod in sequentibus Eusebii libris citetur ille primus; & in primo vicissim se-  
quentes; nihil Pamphilum, teste Eusebio, proprij operis condidisse: & in libro adv. Pe-  
lag. ad Ctesiph. cap. 2, Ficerat hec, inquit, & in ancili Pamphili martyris nomine, ut titulum pri-  
mum sex librorum defensionis Origenis, Eucliby Cæsariensi, quem fuisse Arianan nemo est qui nesciat,  
nomine Pamphili martyris prenominaret. & libr. 6. in Ezech. cap. 18, Nec mirum si gentilem Philolo-  
phum in martyrem & Romana urbis Episcopum transulerit; cum Eusebii quoque Cæsariensi primum pro  
Origenem librum, Pamphili martyris vocabulo communarat; ut facilius tali landatore libros impensis  
& apud Romanis conciliaret auctoribus. At in Epistola 65. ad Pammach. & Ocean. cap. 4, com-  
positum ab amicis Origenis & seculatoribus librum suspicatur, coque facilius compositum,  
quod, nullis aliis à Pamphilo editis scriptioribus, ex carum confliktu verum deprehendi  
non posset, additque supposititum hoc opus ad mille versus è principio libri sexti Euse-

LIBER SECUNDVS.

19

A biana Apologia continere. Subiungit postmodum Pamphilum inter & Eusebium magnum fuisse animorum concordiam: *Quomodo igitur, inquit, inter se dissentire potuerunt, ut Eusebius in toto opere suo Origenem Ariani probet dogmatis, & Pamphilus Nicenam Synodam que fuit postea defensorem?* Vnde concludit vel Didymi esse illud opusculum, vel alterius cuiuslibet, qui sexti Eusebii libri capite detinuimus catena membrorum sociorum. hoc est, qui libri sexti initium in priorem inseruerit. Nam libro 3. Apolog. adv. Rufin. cap. 4. hac habet: *In Cesariensi Bischofio etiam Euseby sex volumina reperi sunt: que cum legimus, primum cum librum deprehendi, quem tu solus sub nomine Martyris edidisti, de Filio & Spiritu sancto in bonam partem plerique blasphemias commisisti; & hoc vel Didymum, vel te, vel alium fecisse nescio quem, quod in aperte usque in libris tuis aperte facti esse convinceris: maxime cum idem Eusebius, ut iam dubius liber decernitur in Pamphilum nihil proprii operis edidisse.* Ex his inferit Didymum, aut alium quemlibet, in priorem Eusebianae Apologiae librum mille ei citer versus ex sexti initio detractos inseruisse, Rufinum vero expoluisse Latine, & sub Pamphili nomine publicasse, cum Eusebii potius dicendus esset; ac nonnulla quoque de Filio Dei & Spiritu sancto, in eo vel ipsum, vel Didymum, vel alium commutasse. Hoc idem reperitur libr. 1. Apolog. adv. Rufin. cap. 2. & libr. 4. cap. 4. quo postremo loco aliqua etiam orthodoxae fidei minus congrua in Rufini interpretatione extitisse tradit Hieronymus, quæ nusquam hodie comparentur; à Rufino, ut opinor, erafa, quo omnem querela ansam praecideret. Libri ejusdem secundi capite sexta narrat Hieronymus Apologeticum hunc, primum sibi in codice Rufini vistum, Pamphili nomine inscriptum, divertitum ab Eusebii Apologetico aliquando existimasse: sed pelleto utroque facile intellexisse primum ex Eusebianis sex libris, cum esse cui à Rufino Pamphili nomen induxit est, quicque hoc titulo Latine ac Grecce editus est, immunitatis dantax sensibus de Filio & spiritu sancto, quia erat blasphemia in primis scribantur: eo statim ut in libro De scriptoribus Ecclesiasticis Pamphilo lucubrationem hanc adscriperit. Verba eius sunt: *Scripti, antequam Eusebius scriberet, Apologeticum pro Origenem. Id ita demum excusat libr. 2. Apolog. adv. Rufin. cap. 6. Sed cum ipse dicat Eusebius Pamphilum nihil scriptisse exceptus brevibus Epistolis ad amicos, & prius liber sex voluminum illius eadem & istem verbis continent, que sub nomine Pamphili a te sibi sunt, perspicuum est te idcirco librum hunc diffinimare voluisse, ut sub persona Martyris heresem introduceres; cumque de ipso libro, quem Pamphili simulat, multa perverteris, & alter in Greco, alter in Latino sit, fraudem tuam errori meo imputare non debes; & credidit enim eius esse librum, quem titulus preferebat: atque hæc repetit libr. 3. Apolog. cap. 4.* Quamvis autem in assignando Apologetici huius auctore dubius hæreat Hieronymus; Marianus tamen Victorius accusatus Hieronymi editor eum sine dubitatione Eusebium adscribere non dubitavit.  
Verum concordationem dirimit Photius Cod. 118. docet enim Pamphilum, cum attineretur in carcere, quinque priores Apologetici illius libtos præsente Euseblio elaborasse; sextum vero, perpello martyrium Pamphilo, ab Euseblio fuisse absolutum. Præcipuum nempe operis auctorem Pamphilum agnoscit, socium vero Eusebium & administrum. Res ex ipsius verbis melius spectabatur: *ειργασθεντα παντακαν τη μητροπολιτη τη διοικησει οι διοικηται τη δοκτηρια της επιστολης Επει τη ζητηται αποτελεσθει, απλικησει τη βιβλιοτηκη της ιερουργιας της ημερης.* Letitus est Pamphili martyris, & Eusebii pro Origenem liber sex tomis constans, quoniam quinque à Pamphilo in carcere detento, præsente etiam Eusebii, elaborata sunt. Sextus autem postquam gladio Martyr vita privatus migravit ad Deum quem concupiebat, ab Euseblio est absolutus: & deinde: *θη της αεροφυλακης, οι ιηδηροι οιων διοικηται καρεπηροι θη της οικιας ουντεραζατα, τη των των οερη τη επιτεληση τη χειρος πλαισιοερημης διενιστατο.* Apologiam autem pro Origenem, ut diximus, Pamphilus una cum Eusebii carcere inclusus lucubravit, tandemque ad eos qui in metallis pro Christo exercabantur, misit. Eusebii ipse scriptum eam à se & Pamphilo facetus Histor. libr. 6. cap. 33. *επι τη φιλανθρωπια, inquit, η οει ανηρ διατηρειται λι, ταυτα τη επι τη φιλανθρωπια ειναι τη επι τη φιλανθρωπια ει προσει τη φιλανθρωπια, παρα την απαλετηα.* Quemque vero de illo necessario cognoscenda sunt, ea pesere dicit ex Apologis, quam pro eo ego & sancti temporis nostri Martyris Pamphili elaboravimus. Pamphilum igitur & Eusebium autores habet Apologeticus iste, & si Photinus audimus, primarium quidem & præcipuum Pamphilum. Postremum duntaxat è libris sex unus Eusebii conscripsit. Ad id autem quod objicit Hieronymus, mille versus detractos è postremo Apologia libro, qui Eusebii fuit, in priorem illum Pamphili fuisse inductos, prouindeque non totum à Pamphilo fuisse lucubratum; respondeo nec totum lucubratum fuisse ab Euseblio; & utrique adscribi posse. Vana est vero altera Hieronymi petitio, cum ait summum fuisse Eusebium inter & Pamphilum opinionum consensum; cum autem Eusebii Origenem toto in opere suo probare videatur Ariani fuisse defensorem dogmatis, Pamphilus vero Nicenam Synodam, quæ fuit postea, defensore; hinc effici non esse Pamphili & Eusebii totū illud opus, sed par-

## ORIGENIANORVM

192.

tem esse Eusebij, priorem vero librum alterius cujuslibet, puta Didymi. Non magis enim mitum est diversa de Origenis doctrina sensisse & scripsisse Pamphilum & Eusebium, quam de Christi divinitate orthodoxam fuisse Pamphili opinionem, Arianam vero & hereticam Eusebij. Facile quoque diluitur aliud argumentum Hieronymi, nihil proprii operis Pamphilum condidisse afferentis: nec enim proprium eius opus Apologeticus ille dici potest, quem alterius opera adjutas, Eusebij scilicet, elaboravit. Nunc vero arbitrentur aequi & eruditii Lectores, meritone Rufinum Hieronymus reprehenderit, propter inscriptum Pamphili nomen priori huius *Apologiae* libro. Ceterum cum sex contaret libris haec Pamphili *Apologia*, cuius prior duntatax ad Rufino converitus ad nos pervenit, non est cur miretur Baronius Gregorii Neocæsariensis encomiasticam orationem Origeni dictam, quam à Pamphilo *Apologiae* sua insertam fuisse proditum est, in ea hodie non inventari, B cum quinque libris mutilatum hoc opus habeamus.

XVII. Quamvis autem multa vel ad refellendos Origenis adversarios, vel ad ipsum excusandum attulerimus, in multis tamen peccasse fatendum est. Ac plerosque sane ipsius errores supra iam ab aliis reprehensos agnovimus, vel nondum perspectos notavimus, cum eius dogmata perpenderemus. Peccandi causa judicium præceps, & immoderata ingenii lascivia & licentia, cui tam intemperanter morigerabatur, ut cogitat omnia, cruda etiamnum & immatura profunderet. Accessit inepita quādam Scripturæ plerumque explicanda ratio, vocum singularum notionibus erundis & expendendis odiose ac putide studens, & in minutis quibusque conseſtans ac in vicinum configendis morose & frigide laborans. Addit nimum profanarum doctrinarum, ac Platonica præfertim philosophie, C quam Tertullianus hereticorum omnium condimentarum esse factum ait, studium, ad cuius normam Theologica dogmata cum exigeret, absurdis opinionibus ipse primum imbutus, mox Ecclesiam conturbavit. Platonis quidem disciplinam affectati sunt vetusti Patres quamplurimi, partim veteriores Origene, partim codem recentiores, quicunque præfertim Nicenum Concilium antecelerunt: at ea solum ab illo mutuati sunt, quæ decretis Ecclesie consentiebant; Origenes vero totam Academiam visus est in Ecclesiam transfusisse: licet facetur alicubi Philosophiam neque in omnibus Legi Læti contrariantem esse, neque in omnibus consonam. Inde tanta errorum seges bona frugi succrevit. Ex his satis liquet quam inanes sint Rufini conatus, cum quidquid fallum apud Origenem occurrit, pro spacio & ab Hæreticis intruso haberi iubet: nam multa quidem Origeni affecta fuisse verum est, sed D plura tamen, caue noxia & damnoſa ab illo profecta esse candidum virum fati decet.

XVIII. Nunc querendum superest quo numero habendi sint libri Origenis, ipseque adeo Origenes: utrum hic inter Hæreticos, illi inter damnatas ac reprobatas scriptiones ponendi sint. Quod erit capituli hujus velut corollarium. Disputemus primum de libris. In varios Origenem impiegisse errores satis à nobis confessum est. At quamvis eos optimis ipsis aliunde aſſutos daremus, quod multi affirmarunt, planeque iis immures Origenem agnosceremus, valeret id quidem ad excusationem Auctoris; non ad purgationem librorum. Cum certum sit igitur falsis eos & impisis scatere sententias, & iam inde à vetustis temporibus malo fermento fuisse infectos, queritur penitusne repudiari eos iubeat Ecclesia, & abiici, quemadmodum Hæreticorum libri solent, an ipsorum usum eadem E vel prober vel certe permittat.

Auctor est Pamphilus in *Apologia*, Hæreticorum loco sua ætate à multis habitos, qui quinque libris Origenis uterentur, nec eam quidem concessam ipsi fuisse veniam, que impariri solet (verbis gratia) his qui Grecorum secularium libri, vel nonnumquam eis Hæreticorum percontantur atque cognoscendi studio decurrent. Pamphili circiter temporibus florebat Pachomius Abbas, vite sanctitate illustris, quem iam morti proximum, Monachos suos ab eorum lucubrationum lectione gravissimis verbis prohibuisse narrat, qui vitam eius literis consignavit: sed fidem narrationi detrahit perspectum scriptoris adversus Origenismum odium. Multum deinde à Theophil & Epiphanius laboratum est, omnium de manibus ij

F libri ut excuterentur: proditum quippe est à Socrate & Sozomeno solas Origenis lucubrations criminatum esse Theophilum, eorum licet auctoritate adversus Arianos iam ante Athanasius pugnauerit; Alexandria concilium constasse, in coeque illa ut repudiarentur perficieſe; eadem in Cypria Synodo suaſu ipsius Epiphanius damnasse, & ne quis in legendis operam daret fanxiſe, decretum Constantinopolim misisse, idemque ut faceret, Chrysostomum valido fuisse horatū; eodem ipsum contendisse, Episcopos in suam sententiam pellicere voluisse, & Origeniana denique scripta in Apostolorum templo publica denuntiatione reprobare parantem Sarapionis monitu absterritum fuisse. A Faſtino quoque veritatem eorum usum testificatur Hieronymus Epistol. 76. ad Tranquill. Nec Baro-  
nio aſſentior, contra Sulpicii Severi, Socratis, & Sozomeni auctoritatem falum esse aſſenti, Epiphanius inter, Theophilum, & Chrysostomum de libris Origenis prohibendis  
hac

Socrat.libr.  
6.9.11.  
Sozom.libr.  
8. cap.14.

Bar. Ann.  
402.6.15.